

propulsandæ jurisdictionis Ecclesiastica usurpetur, turbetur, aut impediat, censuris involvantur, & innotentur excedentes Senatores: nam dicto sub pre-textu, qua utitur Bulla idem significat, quod sub colore, aut sub velamine, quando, scilicet, sumpta occasione casus permissi, devenimus ad prohibitum; text. in l. sub pre-textu. 19. & l. sub pre-textu 29. C. de transactio. l. 1. prae-textu, C. de hereditatis actioni. text. in c. inter monasterium 20. ibi, sub pre-textu novorum instrumentorum (c. subortu ad fin. ibi, pre-textu privilegii.) de sent. & rejudica. & hanc dictionem sub pre-textu, ita etiam exponit Hieron. Gonzal. in regul. de mens. & alternat. gl. 57. n. 2. & facit l. si servum. 91. alius servum filii. §. queritur. ff. de verb. obligat. & quod per eam bene dicit Joan. Garc. de nobili. gloss. 1. num. 32. ubi quod pre-textu æquitatis plerumque perniciosè erratur. Huc conducit, quod per Villalob. in sua eleganti summa 1. part. tr. 19. difficul. 61. sub n. 60. ante fin. quod dicit, pre-textu, est velamen, quo quis simulat, se moveri ad aliquid faciendam, idem affirmat Soula in explicatione Bulle Cœne Domini. concl. 30. & bene conducit alia, quæ ibi ipsi Doctores citari congerunt.

29 Quare mirabilem & laudabilem modum præbendæ protectionis imploratæ inter Ecclesiasticos necessitas, & utilitas inducere omnimodo contentum sub limitibus legitimæ defensionis, & auxilii naturalis juxta illud celebre Marci Tulli in oratione pro Milone, in hac: Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem temper vim, quacunque ope possent, à corpore, à capite, & à vita sua propulsarent; quem refert Valenzuela discursu status, & belli. 2. part. consideratio 7. n. 11. Imò ut dicit Euriq. lib. 14. cap. 12. num. 6. gloss. 1. & 2. Azeved. Covarr. & alii sequunt, & citari per Cœned. in præcti. Canon. 4. §. sub n. 57. & n. 36. Humad. in l. 13. tit. 2. 13. part. 2. gloss. 4. n. 5. ut hætenus nullum aptius potuit inveniri remedium ad sedandas, & propulsandas judicium Ecclesiasticorum violentias, negantium appellantes justam delationem, quàm quod praxis induxit & frequenter utitur.

21 Cujus instructio deducta fuit ab stylo Regii Consilii supremi, tribunalibus cæteris missa, ut meminit l. 5. tit. 1. lib. 3. ordinam. & l. 36. tit. 5. lib. 2. nova recopil. Præsul. doctissimus Covarr. præcti. quest. cap. 35. n. 1. versiculo cæterum, Salced. in additio. ad praxim. Bernard. Diaz, c. 102. litera A, versiculo pro quorum interpret. ad med. eandemque instructionem literaliter refert practicus ille Monterros. c. 2. de la Permision de los pleytos Ecclesiasticos, y de la instruccion, que con ella se instrua, quam ibi per te videre poteris.

22 Cujus quidem formam, & substantiam scriptam ejusdem etiam instructionis, & praxis meminere Navarr. in c. cum contingat, rem. 1. in prin. fol. 154. Paz. in prax. 1. p. 1. tom. 1. temp. n. 24. Gaspar. Rodriq. de annu. reddit. lib. 1. c. 28. n. 66. idem Monterros. in tract. præcti. Cancell. c. 2. de la secunda manera, en que se traben los pleytos per via de fuerça f. 94. habemus in l. Regia 36. tit. 5. lib. 2. nova recopilat. cujus verba sunt quæ sequuntur.

23 Por quanto assi por derecho, como por costumbre immemorial nos pertenesce, alçar las fuerças, que los juezes Ecclesiasticos, y otras personas hazen las causas, de que conosco, no otorgando las appellaciones, que dellas legitimamente son interpuestas. Porendo mandamos à los nros Presidentes, y Oydores de las nras Audiencias de Valladolid, y Granada, que quando alguno veniere ante ellos, quequando se, que no se le otorga la appellacion, que justamente interpone de algun juez Ecclesiastico; den nras cartas en la forma acostumbrada en nuestro consejo, para que se otorgue la appellacion, y si el juez Ecclesiastico no la otorgare manden traer à las dichas nras Audiencias el proceso Ecclesiastico originalmente, el qual trahido, sin dilucion lo vean, y si por el les constare, que

la appellacion esta legitimamente interpuesta, alçando la fuerça provean, quel tal juez la otorgue; porque las partes puedan seguir su justicia ante quien, y como devan, y repongan lo que despues della vieren hecho, y si por el dicho proceso paresciere la dicha appellacion no ser justa, y legitimamente interpuesta, remitan luego, el tal proceso al juez Ecclesiastico con condemnacion de costas, si les paresciere, para que el proceda y haga justicia. Hætenus de mirabili lege Regia, sub quorum verborum involucrio multæ mirabiles, & usu frequentes difficultates continentur, quas sigillatim hæbet diluere, & extirpare.

Et licet circa justificationem prioris partis hujus legis (scilicet de facultate, & Regia potestate in admit-tenda vi ab Ecclesiasticis illata, quia illi tanquam cives, & membra republicæ temporalis subsunt, quoad protectionem, & defensionem naturalem, cujus proprium officium est, vi oppressos liberare) amplissimè præ omnibus egerim c. præcedenti; tamen hæc primitus, & antequam ad praxim veniam, indagare utile censui, & hæc protectio aliis etiam Principibus, & Dominis inferioribus, hocque jus, & facultas competat.

Quod brevibus resolvam negativè, pro quo primò pondero textum in c. Regum officium 23. qu. 5. ibi Regum officium proprium est liberate de manu calumniantium vi oppressos in illis verbis (Regis proprium) que maximum in se claudunt ministerium, ac si dixisset, ut aliis sit alienum; quoniam duo non possunt esse ejusdem rei in solidum domini, nec rem in solidum possidere; quo etiam loquendi modo utitur nostra l. 36. ibi: Y per costumbre immemorial nos pertenesce alçar las fuerças, &c. quasi dicat, aliis non pertinet, non jure, quia eo scriptum non reperitur, non consuetudine, quia non egreditur personam præscribens, nec ad aliam extenditur [ut est vulgare] & conducunt, quæ latè in cap. præcedenti à prin. ubi docuimus hoc ita proprium Regis esse officium, ut sit attributum naturale inherens visceribus regimini, & qualitas infixæ ossibus, & substantiæ diademæ, inseparabilis, & indivisibilis, ita ut protectio, & regimen unum; & idem judicetur indissolubile, quod à Rege tolli non potest, nec à regimine separari, nisi Regnum tollatur, cùm protectio, & defensio subditorum simul cum Regno orta est; imò protectio objectum est, & causa finalis Regni; Regnum enim propter protectionem vi oppressorum, non protectio propter Regnum, aut Regem, datum est à Deo supremis Principibus temporalibus, prout videbis latissimè d. c. 1. prælud. 1. & seq.

Et hinc est, ut hæc Regia protectio, & naturalis subditorum defensio à violentiis, ejusque extrajudicialis cognitio Regi soli pertineat: etenim est de regalibus, Regi pertinet in signum supremæ potestatis, ita Borrell. de Regis Cathol. præstant. c. 5. n. 7. & n. 26. & idem dicit cum Didac. Perez in l. 2. tit. 1. l. 3. ord. gl. 1. versiculo quæro si est dubium, ubi allegat. Palac. Rubeum, & cum Azevedo etiam in l. 3. in fin. tit. 2. l. 4. recopilat. tenet nostras Gasp. Rodr. de annu. reddit. l. 1. qu. 17. n. 1. ad fin. postque Covarr. & Afflict. pulchrè dicit Sese in tr. de inhibitiõ. c. 8. §. sub. n. 70. prope principium.

Quare hoc jus tollendi violentias Duces, Marchiones, & alii Domini temporales recognoscetes superiorem in eorum ditionibus, non habent, quoniam quamvis hæc consuetudo tollendi has violentias, & oppressiones vigeat, & toleretur in persona Regis, & ejus supremorum Senatorum quorum tribunal Regis personam repræsentat) ex jure proprio, & principis juris naturalis, ac divini, tamen non habet, nec potest habere locum in aliis Dominis inferioribus; in quibus illa jura non militant, nec rationes, ita Avend. lib. 1. de exequen. manda. cap. 1. num. 32. versiculo & cum hæc consuetudo. Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 16. num. 90. Cæned. in præct. quest. Casp. 45. n. 61. post medium, quia Principes supremi non recognoscetes superiorem in tempora-

temporalibus, habent hanc cognitionem per viam violentiæ, & protectionis jure proprio regali.

34 Quod in tantum procedit, quod etiam si Princeps inferioribus Dominis concedat jurisdictionem pleno jure, cum mero mixto imperio; non censebitur concessa hæc superioritas, quæ hæret ipsi Regio diademati, in signum Regiæ Majestatis, quia in Principe adhuc remanet hæc recursus, per quem subditi liberantur à vi & oppressione, quia cùm (ut diximus) proprium sit vim tollere, non potest hæc proprietas ad alium pertinere in damnum subditotum, qui sunt sub protectione, & tutela regali, nec ipse Princeps, quod Majestati suæ adhæret, à se potest abdicare, c. super quam, §. pro, de off. delegat. c. etsi contra unum. §. ult. eod. tit. l. 6. Parlador. l. 1. rerum quoti. c. 1. nu. 15. Lessius de justitia & jur. lib. 2. cap. 6. dubitatione 12. ubi dicit, quod potestas castigandi, & judicandi est omnino intrinseca auctoritas Principis respectu subditorum, tenet etiam Ceval. in tractatu de cognitio. per viam violent. in proemio, cap. 10. num. 38. & 39.

37 Ea ob hanc rationem nullus potest sive Ecclesiasticus, sive secularis titulo donationis, vel præscriptionis, illam supremam jurisdictionem acquirere in casibus violentiæ, & appellationis, seu recursus potestati adversus Reges & Principes supremos, nec in alios transferri potest etiam per donationem quantumcumque amplissimis causis sulcitat; quia ab ejus diademate Regio, cui infixæ est, nullo modo avelli potest, ut tradunt Lucas de Penna l. quicumque 2. c. de omni. agro deserto, Peregrin. conf. 1. n. 13. col. 1. Bobad. in Polit. l. 2. c. 16. n. 83. & 117. & 196. Efficacia tract. de appell. q. n. 111. versiculo oppono secundo, dicentes, quod majoria Regis nullo modo à Rege alienari potest, & loquendo in Pontifice idem tenet Decius conf. 307. col. 3. Guillel. Benedict. in c. Raynnt. de testam. verb. & uxorem nomine Adelsiam. in 2. decis. n. 319. Carol. de Grassal. lib. 2. Regal. Fran. jur. 14. Anastas. Gernon. de sacror. immunit. in c. de indultis, §. Episcopi, n. 29. quia illa supra jurisdictione adhæret formaliter, & essentialiter dominio Regiæ majestatis, & visceribus intrinsecis regimini, & ideo videtur impossibile subditum esse exemptum, & immunem ab illa supra jurisdictione, & protectione, quæ procedit à fonte perenni, & origine juris naturalis, l. ut vim, ff. de justitia & jur. juxta text. in d. c. Regum officium 23. q. 5. Navarr. in c. novit de jud. Covarr. in præct. c. 1. n. 6. Fulvius Pacian. conf. fin. n. 61. gl. in c. cum non licet 12. de præscript. docet Lucas de Penna in l. sacris, col. 3. C. de prox. agror. scribior. l. 1. pro quo facit tit. 15. l. 4. recopilat. quam declarat Gutier. lib. 1. practicar. quest.

41 Qui convenit, quod pulchrè, & subtiliter dicit Bal. conf. 159. n. 5. vol. 3. quod dignitas seu imperium est immortale, & licet Summus Pontifex moriatur, non moritur Summus Pontificatus, & quod in Rege concurrunt duæ personæ, & significaciones, & quod ipsa significatio (quæ est quid intellectuale) semper est perseverans anigmaticè, licet non corporaliter, & ob hanc causam licet Rex deficiat quoad rumbum, remanet persona Regis quoad organum, & instrumentum, & illius persona intellectualis, & publica est, quæ principaliter fundat actus, unde magis attenditur actus principalis, quàm virtus organica; & quemadmodum mundus non moritur, sed dispositiones mundi, aeg. l. proponatur, ubi Alberi. ff. de judic. sic Rex semper vivit quoad majestatem supremam, & protectionem circa subditos, quæ nullo jure, nec factio avelli potest à Regia majestate, quæ aliàs moreretur Rex quoad effectum supremæ potestatis, jurisdictionis, & protectionis; quod deviat à tramite juris, & veritatis, de qua Baldi doctrina plures adducens mirabiles, & subtilissimas doctrinas exactissimè tractavit infra, hæc 1. p. c. 3.

44 Quare merito à Principis sui premi persona non receditur, l. si quis arbitratur, ff. de verb. l. fin. Cod. de contra-

henda empt. l. in compromissis, ff. de arbit. l. fin. ff. de conditio. & demonstra. l. si eo ita, ff. pro socio, cujus suprema tribunalia (cùm ejus vices in supremæ potestatis administratione, justitiæ, ac regimine provinciarum gerunt) personam, & imaginem repræsentant, unumque, & idem faciunt consistorium, juxta l. omnium, ibi: Inter tot nobiles, & probatas personas, quæ conscientiam Principis tenent, &c.) C. de testam. quorum itaque præcepta ita sunt obtemperanda, ac si ab ipso Rege dimanassent, Chassanæus in Catalogo glorie mund. 7. p. consil. 9. Avend. in dictionar. verb. Oydores, Azeved. in l. 29. tit. 1. l. 2. recopilat. ideo merito ad ipsa suprema tribunalia recur-

rendum esse pro tollenda violentia à judicibus Ecclesiasticis illata, docent omnes Doctores de justificatione hujus recursus tractantes, supra citati c. 1. n. 26. & alii in discursu, & probant insuper expresse l. 34. ibi: Y mandamos à los Presidentes, y Oydores de las audiencias, que assi lo complan y guarden y que en los dichos procesos Ecclesiasticos den las provisiones y guarden la orden segun que hasta agora sea acostumbrado, dar en nuestro Consejo, &c. & idem probat nostra l. 36. ibi: Porende mandamos à los nros Presidentes, y Oydores de las nras Audiencias de Valladolid, y Granada, que quando alguno veniere ante ellos quequando se, que no se otorga la appellacion, que justamente interpone, &c. tr. 5. l. 2. recopilat. Ex quibus verbis ante ellos quequando se, oritur difficultas, an omnes indistinctè tam clerici, quàm laici, possint hujusmodi querelam coram supremo Regio tribunalii proponere, & quod clericis hæc sit denegata facultas, ut non possint recurrere ad sæcularem, in negotiis, vertentibus coram judicibus Ecclesiasticis, probar text. in cap. 1. & 2. 11. quæst. 1. cujus ratio ibi assignatur, Quia de Ecclesia malè sentire, & judicare videtur is, qui à sæculari jure auxilium postulat, text. in c. si quis 23. q. 8. cum pluribus aliis ibi per glossam citatis, ubi ponitur clericus, qui contempto jure Ecclesiastico ad Imperatorem confugit, de quo etiam latè 21. q. 1. per totam: ergo clericis hæc querelandi facultas denegata censetur, quod etiam tenet Aloyf. Ricc. in collect. decis. 407. 2. p. post medium vers. potest 14. fol. mibi 222. dicens, hoc esse contra Canones, & pro hac parte faciunt esse in terminis decisiones Rotæ adductæ supra, c. 1. n. 31. & ad responsionem tertii argumenti appositæ in 254. quibus declaratum fuisse apparet, clericum recurrentem ad Regia tribunalia pro tollenda vi, incidisse in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini: ergo d. l. 36. sub illis verbis generalibus non debet comprehendere Ecclesiasticas personas.

Sed contrarium verius est in nostro casu dicendum, ut pro extrajudiciali defensione, ad tollendam vim illatam à jure Ecclesiastico, licet etiam clerico ad Principem temporalem recurrere, & querimoniam proponere: text. est optimus in c. administratores, ibi: Eorum querimonias attentius audiant, & secundum quod necessitas expetierit, &c. 23. q. 5. text. in c. filiis, vel nepotibus 16. q. 7. cap. si in adjutorium 10. d. cap. perimus 11. qu. 1. c. cap. nos incompetent. 2. quæst. 6.

Hinc lib. 2. Machabæor. c. 4. legitur, Oniam summum Sacerdotem Jerusalem recurrere ad Regem, ut propulsaret violentiam, ac seditiosam inquietem in populo causatam, & illatam à Simone pariter Sacerdote amicorum convocatione, judicantem summè necessarium ad Regale auxilium, & protectionem confugere, ut pax publica turbata quiesceret, ibi: Ad Regem te contulit, non ut civium accusator, sed communem utilitatem apud semetipsum universæ multitudinis considerans; videbat enim sine Regali providentia impossibile esse, pacem rebus dare, &c. & in Tolet. Concl. XIII. c. 12. permittitur ad Metropolitanos judices, vel Regios recurrere, ut protegantur, & à vi oppressionibus defendantur, quæ latè congerit, doctissimus Bobadill. in sua

Polit. lib. 2. c. 18. n. 240. ad fin. ubi etiam illud asserit, quod ad

ad Imperatorem Ludovicum confugisset quidam clericus querimoniam proponendo de Leone Papa.

53 Ceterum quia D. Paulus metuens instans periculum, & conjurationem, & oppressionem Phariseorum, licet Ecclesiasticus auxilium à Tribuno postulavit, ut tutus periculum possit evadere, Bobad. in polit. l. 2. c. 18. n. 24. & lib. 2. c. 23. Mexia in pragma. pan. concl. 5. n. 5. Morl. in empur. jur. 1. p. tit. 2. q. 12. Cened. in q. Cano. 45. sub. n. 9. Manuel Roder. in addit. ad §. n. 87. & legitimus actuum Apostolor. c. 23. 25. & 26. & ibi: Ad tribunal Cæsaris isto, & c. 28. ait: Contradictentibus autem Judæis coactus sum appellare Cæsarem.

54 Quoniam isthac querella non est accusatoria, nec in pœna, aut castigatione concludit, sed est quædam certioratio querimonialis, concludens in mera protectione, & in nuda defensione naturali, & extrajudiciali; quia hæc est differentia inter querelam, & querimoniam secundum vulgarem loquendi usum (à quo rectum sumimus argumentum ex juribus vulgaribus) quia querela supponit, & respicit judicium, & iudicem; querimonia autem privatam personam, & extrajudicialiter latam, ut bene colloquitur ex d. c. 14. Machabeor. lib. 2. ibi: Ad Regem se contulit, non ut civium accusator, sed communem utilitatem, & c. & in d. c. administratores, ibi: Eorum querimonias, & c. quo loquendi modo consultè usà est nostra lex Regia 36. supra relata, ibi, ante ellos que

56 quando se, & c. non dicit querelando se, quia respicit accusationem, quæ omnimodo ab hoc instituto aliena est. Et quia querela est nomen generale, commune civili, & criminali causæ, omnemque querelam dici extraordinarium remedium, affirmant Craveta conf. 469. in fin. & Cuman. conf. 42. viso processu, circa fin. Jul. Clar. 6. testamentum, q. 40. Angel. conf. pro decisione, n. 4. vers. sed remedium, Card. Tusc. practi. litera Q. concl. 38. n. 1. & 3.

57 Si enim Regi permilla est, & commendata omni jure maximè clericorum protectio, ut latius diximus supra, c. 1. à prin. & probatur in l. 51. tit. 6. p. 1. ibi: E como quier que todos los homes de la tierra por derecho deben ser seguros, mucho mas deben haver sta seguridad los clericos. Oliva. de jur. fisi. c. 11. n. 55. & c. 14. n. 100. Pacian. conf. fin. n. 42. quomodo poterit auxilium suum interponere, ac proprium officium exercere, si violentiæ noticiam non habet, & si Regi licitum est protegere, multò magis licitum est protectionem in necessitate postulare: argum. text. in c. debitores, de jur. jur.

59 Hinc non obstant jura in contrarium, quibus prohibetur clericis ad Regem confugere in causis pendentibus coram suis iudicibus; quia procedunt, & loquantur, quando occurrit ad sæcularem, ut cognoscat de causa principali judicialiter, & cum jurisdictione: non tamen quando confugit pro tollenda violentia illata ab Ecclesiastico iudice, eo quòd debita appellationi non detulit certans sententiam exequi, quia tunc valde licitum est protectionem, & defensionem naturalem Regiam invocare, ita pulchrè tenet, & respondet Ozafe. decis. Pedemont. 30. n. 4. & 19. ubi refert Covar. c. 35. num. 52. pulchrè etiam & post eum tenet Sese tract. de inhibiti. c. 8. §. 3. num. 105. cum duobus seqq. benè etiam probant Afflic. decis. 24. Carol. de Grassal. lib. 2. Regal. Francia. jur. 7. Didac. Perez, lib. 3. ordin. tit. 3. pag. 718. Navar. in c. cum contingat, de rescript. i. rem. caus. 16. Fulvian. Pacian. conf. fin. per totum, præsertim n. 42. Bartholom. Humad. in l. 13. tit. 13. part. 2. Lancelot. de attent. 2. part. 5. declaratio. nu. 36. nostras Gasp. Rodrig. de annu. reddit. lib. 1. q. 17. n. 71. Cened. in q. Can. 45. sub. n. 9. & n. 13. post Achil. decis. 36. de appellat. & faciunt pulchra verba Manuelis Roderici in additio. 60 ad §. 9. nu. 87. ubi circa interpretationem Bullæ Cœnæ Dom. in hac inquit: Pero quando la persona Ecclesiastica vee, que su juez Ecclesiastico le haze agravio, y le oprime, puede recurrir al juez seglar, para que le defendas, & c. & iterum paulò post: T assi quando se dize en decrecho, que

los Ecclesiasticos no recurran à los tribunales seculares, se à de entender, salvo si recurren por su defension, y para que indevidamente non sean opprimido, y esto es lo que hizo San Pablo, & c. in qua doctrina omnes tam Theologi, quàm Juristæ de hac re tractantes unanimiter conveniunt, quorum nomenclatura superius, c. 1. n. 16. & consonat Cæned. ubi proxime, n. 13. quod si Bulla maturè consideretur, nullibi loquitur de parte, quæ ad evitandam injuriam iudicis Ecclesiastici recurrit ad laicum, ut illum tueatur à tali injuria, animo recurrendi ad superiorem Ecclesiasticum, ad quem appellavit. Hinc venit reprobandus Aloyf. Ricci. pro contraria parte supra citatus, ubi referens nostram doctrinam ex Ozafe ipse dicit, non sequi, cum sit contra Canones, quia secundum Canonicas sanctiones citatas hoc procedere verius esse, ostendi, ac propterea verius, rectèque procedit nostra l. Regia 36. ibi: Que quando alguno viniere ante ellos que quando se, que nos se le otorga la appellacion, que justamente interpone de algun juez Ecclesiastico, & c. quæ querimonia forma sequendi proponenda erit.

Citius Procuratorio nomine Sempronii coram Altitudo Vestra comparando, querello de Licentiatio N. Provisorè, ac vicario generali tunc diocesis, aut de Licentiatio N. Canonico talis Ecclesiæ Cathed. iudice delegato, vel excoctore Sedis Apostolicæ, & c. dico partem meam coram supradicto iudice litem tractasse adversante F. Clerico beneficiato talis diocesis (vel laico, variata propositione) super tali beneficio, vel illa re, & c. præfatus iudex in ea tale gravamen parti meæ intulit, vel talem protulit sententiam, à qua sentiens se nimis gravatum, legitimè ad Sedem Apostolicam appellavit, cui præfatus iudex non deferret, nihilominus ea utrumque habente effectum in d. causa procedit, & pro sententiæ, vel gravaminis executione magnis Sempronium afficit censuris, usque ad Ecclesiasticum interdictum, quo ita facto notoriam vim, ac evidentem commisit injuriam, Altitudo Vestra peto, ac supplico, ut sublevando, & amovendo vim parti meæ det Regiam provisionem, ac cartam, ut præd. iudex appellationi, seu appellationibus in hac causa inter positis deferat omnino, gestumque post appellationem legitimè emissam, vel intra terminum ad appellandum reponat; quod si non fecerit ipse, aut tabellio, sive notarius acta processus habens, ea originaliter ad Regiam vestram mittat audientiam, ut eo viso fiat iustitia, & interim Altitudo vestra ei jubeat; excommunicatos absolvat per terminum Vestræ Altitudinis placitum, cum ceteris in prædicta provisione ordinaria expressis, & c.

Ex cujus querimonie ceptione illud præ oculis semper habendum est, ut legitima appellatio debeat præcedere, interposita à iudice Ecclesiastico: etenim cum vis hoc casu consistat in denegata justa delatione appellationis, suspendentis iudicis jurisdictionem, ne in posterum exequatur, secundum ea quæ late adduximus supra, c. 1. prælaud. §. à prin. sequitur, ut debeat adesse appellatio; quia aliter non erit nullæ sunt qualitates, & delatio quæ à iudice petitur, debet supponere appellationem, qua deficiente, non potest dari subiectum habile, nec materia, super qua cadere possit violentia nec fundari hæc extrajudicialis cognitio, nec decretum, otorgue y reponga, quia non est cui deferendum appellatio, nec est quid reponendum, quia deficiente appellatione, cum sententia transit in rem iudicatam, licitè proceditur ad exequutionem, in quo non cadit violentia, quia ad exequutionem proceditur jure permittente, & quia quando est omissum appellari à primo gravamine non auditur postmodum conquerens, de cujus executione agit, ut latissimè plures, & curiosas doctrinas congerens dixi infra, 2. p. c. 3. per totum, tunc enim cessat finis hujus charitativæ protectionis, ut sit tollere impedimentum oppositum per Ecclesiasticum, ut liberè oppressus possit adire superiore suum, & coram eo appella-

pellationem prosequi, quod verificari non potest deficiente appellatione, in quo Doctores unanimiter conveniunt, & probant, quos retulimus supra, c. 1. n. 16. & in discursu, prout etiam videmus jurisdictione fundata, & permilla super aliqua qualitate, putà; notoria, aut manifesta injuria, & c. de qua in primis constare, & apparere debet, Farin. 1. tom. q. 8. n. 86. & q. 21. n. 87. & con. fil. 10. n. 26. & nos sæpe diximus, & quando unum disponitur, & alterum supponitur, non procedit dispositio; nisi prius appareat suppositio, quo fit ut cum plures ignari advocati, & negligentes litigantes hoc non præmissis necessariis fundamentis, & angulari lapide, proponunt querimoniam, & postmodum traducto processu originali, & viso in Senatu, iustissimè declaratur, non venire per ordinem, aut in statu, de quo infra.

69 Ex iis omnimodo cavendus est Cevall. in tractat. de cogn. per viam violent. gl. 16. sub n. 20. qui postquam dixerat, quòd in recurru ad Regem super decretis laicorum, hoc est, quando iudex Ecclesiasticus facit vim cognoscendo de mere laico super causa, & re merè profecta, ut non sit necessaria appellatio, nec protestatio à iudice Ecclesiastico, nec ulla declinatoria, qui omnibus iis deficientibus datur recursus, & cognitio violentiæ (quod verum est) per gl. in cap. imperial. §. præterea de prohib. feudali per Feder. Bin. l. 1. §. post operis, n. 8. de novi oper. num. pro quo facit l. 4. tit. 7. p. 3. l. consulta divalita, C. de testamentis, & tradit Guillelmus Bened. in cap. Rayn. minis, versiculo si absque liberis, et 2. de testamenti. n. 49. & in terminis nostris nostras Gasp. Rodrig. l. 1. c. 17. versiculo bis tamen, de annu. redd. quia tunc principale consideratur præjudicium, & interesse Regis; tamen constituendo differentiam subdit ipse Cevall. ibi: Si verò causa sit Ecclesiastica, vel inter personas Ecclesiasticas; necessaria est appellatio, & protestatio, ut supra dictum est.) Ex quibus verbis clarè voluit imponere æqualem necessitatem protestationi sicut appellationi, quod quidem absonum est; quia ad hunc recursum sola appellatio, tanquam præcisum fundamentum est necessaria protestatio autem coram Ecclesiastico nullo modo, nec hæctenus visum, nec auditum est; defectum protestationis impedisse cognitionem, & determinationem super articulo violentiæ, quia illud apponi solet in appellationibus à iudicibus Ecclesiasticis, ad animi appellantis declarationem, & iudicis timorem, & trepidationem, ex superabundanti; (imò ut ego opinor) etiam si expressè ipse oppressus huic recursum renuntiaverit; illi denegandus non erit, quia est defensio naturalis, ac etiam remanet jus, & interesse Principis, cujus proprium officium est inter vassallos vim non pati; & sic sola appellatio est præcisa, ut dictum est.

70 Quare cauti advocati defensori vi oppressam, visuri processum imprimis confugiunt, velociter inquirentes appellationem, quomodo sit formata, an legitimè interposita; si autem ipsam defecere, & minime interpositam repererint; statim persuadent oppositum, ut omni brevitate mittat ad iudicem Ecclesiasticum, ut coram illo appellatio prorumpatur, ita demum si sit possibile, illam interponere intra terminum juris, datum ad appellandum, aliter enim inutile erit consilium, non futurum.

72 Illud insuper animadvertentes, ut cum multoties soleat proponi appellatio conditionaliter, scilicet; si hoc non feceris, appello, vel peto terminum, & si non concesseris, appello, & alia non expectata iudicis declaratione, confugiunt ad regale tribunal per viam violentiæ, ubi viso processu, iustissimè declaratur, per ager no haze fueren (de quo exactè explicite multa dicta sunt utilissima infra 2. p. c. 2. ad qua te remitto pro majori intelligentia proponendæ doctrinæ) ex eo, quia deficit gravamen, & sententia, super qua possit cadere appellatio nec postmodum sequito gravamine ipse poterit illa se appellatione juvare appellans, secundum quæ ibi

diximus; & ideo litigans debet redire ad Ecclesiasticum & expectare gravamen, vel ipso instante pro determinatione articuli; & si negat à se petitum, novam interponat appellationem omnino; quia prior nunquam profuit, & noviter etiam conquerendus est in Senatu, ubi pluribus citatis probavi.

Et insuper attende, quòd si jam illata sententia, nec fait intimata gravato, nec aliter ex processu detegatur ejus notitia, & scientia, querela in Senatu ab eo proposta illi ad hoc nocebit, quoniam cum debeat referre latam sententiam, & ab ea appellationem interjectam, ut in violentia, & defensione concludatur; evenit, ut extunc arguitur ejus notitia, & gravaminis, seu sententiæ scientia.

Sed quid dicendum de ea querela, & ejus virtute expedita ordinaria, postulata à parte, antea quàm gravamen, seu sententia sit lata ab Ecclesiastico iudice, & per consequens, etiam antea quàm ipsa pars interposuerit suam interpellationem; quia hoc remedio solent uti plures timentes periculum futurum, scilicet, iudicem Ecclesiasticum illos injustè condemnatum, aut gravatum, ac de facto, sive non expectata appellatione, sive eà etiam legitimè spretâ violentè exequi, & opprimere, cui forte periculo opportunè non occurrant ob distantiam Regni tribunalis; ideo præventam custodiunt ordinariam, & statim latâ sententiâ festinant, appellationem proponere, & simul ordinariam intimare, ut iudex debito servato honore Regi protectori, urbanitatis non oblitus, conquiescat; ut communiter in dies praticari videmus, & testatur Gondizalv. de Paz. in pract. 1. p. 1. temp. 1. n. 24. & 34. & post hæc scripta per eum idem dicit Cevall. in comm. contra comm. t. 4. q. 1. n. 464 quoniam melius est ante tempus occurrere damno, quàm postillatum remedium querere, l. 1. c. quando liceat sine iudice se vindicare; alias etiam rationes reddit Paz, ibi:

Sed melius dicas, quoniam licet de jure à futuro gravamine non detur appellatio (de quo latius nos infra 2. p. 77 c. 2.) tamen id procedit in appellatione, tanquam remedio ordinario, quod juris suos terminos habet, in quo aliud instans periculum non timetur, sed cum nos sumus in remedio extrajudiciali, & de facto exhibendo postulanti pro instanti, aut præsumpto periculo occurrere, & simus in extrajudicialibus, in quibus omnis ordo juris postponitur, nam ubi timetur periculum oppressionis, soli suspensioni, aut minæ occurrendum est, non expectato periculi effectu, & operatione, ut latius hæc 1. p. c. 6. diximus & probavimus. Ex qua ratione pro-

78 venit, quod ab actibus extrajudicialibus permittitur appellatio à futuro gravamine, quando quis timet gravare late probavi infra, 2. p. c. 13. à n. 297. & seq. & facit, quia in necessitatibus non servato ordine juris occurrit text. optimus in l. s. ex hoc rescripto, vers. extra ordinem, ibi: Extra ordinem Princeps in causis necessitatis subvenit, & c. ff. de ventre inspiciendo arg. text. in l. 2. ibi: Damnum infectum est, damnum nondum factum, sed quod futurum veretur junctâ l. v. ff. de dam. ins. et. quia damnum timentis succurritur per sicuti iusticiæ præstationem. Et facit, quia etiam in judicialibus actio superveniens post iudicium acceptum, sine quo expetierat actor, ille prodest, l. si à Tit. 10. 73. ff. de rei vend. c. facit l. cum res, C. si res ali. pignor. dat. fuer. & ibi gl. alia jura allegans, de quo vide exactissimè Giurbam. decis. 17. per tot. Ex quo prævento remedio, quo usus est oppressus, constito per eundem, & sententiæ datam præcessisse gravamē, & sententiam; non arguetur scientia sententiæ, ad effectum curendi terminum, excusatus maximè continuo, & frequenti stylo.

Porrecto igitur, & oblato hujus querimonie libello in Senatu, provisio postulata, quam ordinariâ pragmatici vocant statim expeditur, & conceditur inserta prædicto libello de verbo ad verbum, quæ exhortatur iudex Ecclesiasticus, ut appellationi ad eo emissæ, si legitima sit, deferat, omniaque attentata post illam, aut intra

tempus